

00
10

MONUMENTUM

HONORIS, AC VERITATIS,

QVOD POST BEATUM OBITUM

VIRI

Generosissimi, Magnifici, Amplissimi ac Doctissimi Domini,

DOMINI

STEPHANI

DE

LOBENTHAL,

CANCELLARII STOLBERGO VVERNIGERODENSIS

LONGE MERITISSIMI,

Collegæ exoptatissimi, nunc desideratissimi,

CUM FACTA SOLENNI CORPORIS EJUS ELATIONE,

die XXV. Febr. qui in factis nomine VICTORIS insignitur

ANNI M DCC XXXV.

SEQUENTE DOM: INVOCAVIT IN ÆDE

St. SYLVESTRI CONCIO FUNEBRIS PUBLICA

HABERETUR,

Memoria, ac Amoris causa posuerunt,

Membra Regiminis, ac Consistorii

Wernigerodensis.

WERNIGERODÆ, Typis Mich. Ant. Strukii.



Memoria iusti in pace,
& vivi, & mortui.
Vera enim iustitia iustos mortales, immortales reddit
feliciter.
FulgEBunt, qui ad iustitiam erudierunt multos
Sicut stellæ in perpetuum.
A beat Caracalla, hostis humani generis hanc etiam
ob causam dictus,
Quia hostis & contemtor Iustitiæ,
Luat jam iniustitiæ pœnas in æternum non finiendas,
qui iniusta morte mulctavit virum,
sui ævi iustitiæ tenacissimum,
fratricidium vero Imperatoris iniusto modo
excusare renuentem.
Vivit ob hoc factum Papinianus in historicorum
monumentis,
Juris-Consultus, quantum ethnicus valet dexterrimus.
Prodeat in exemplum contrarium Alexander Severus,
Cæsar, tantus iustorum juris Antistitum æstimator, ut
nullam legem sine viginti juris peritorum, & quin-
quaginta disertissimorum consilio sacraverit.
Sic semper fuit, manebitque gloria iusta
Iustorum Juris Doctorum,
sacerdotumq; iustitiæ.
Sed, quid Iustitia forensis, humana; ethnicorum
atheorum?
magis!
Quid jus civile, quid ecclesiasticum,
quid feudale &c. inter Christianos?
quid inquam, in foro Poli?

licet

Licet teneat omnes ejus apices Doctor Juris.

Nil heic valet justitia humana,

Alia accedat, nisi Judex in tremenda mortis hora, in-
justitiæ conscius, in cassum queribundus
exclamare vult :

Nuper eram judex nunc judicis ante tribunal
subsistens paveo: judicor ipse modo.

Meliori inquam opus est justitia, rationi ignota,
quam nec codex pandit Justinianeus,
nec Theodosianus,

quam liber tantum vitæ aperit uberrime.
Christi Justitiam habeat, qui justus & esse vult,
& nominari,

Habeat per fidem in Christum sospitato
rem monadicum.

Habeat per absolutionem in sanguine Christi.

Habeat hanc, cliens, caufarum Patronus,
habeat ipse judex.

Quilibet enim reus, damnatus quilibet audit coram
Deo, sine hac Christi justitia, eaque sola.

Vivit ergo ex fide justus, per fidem justificatus
ovat, triumphat.

Noverat hunc sublimioris Juris Processum

Vir

Generosissimus, Magnificus, Amplissimus, ac Doctissimus

STEPHANUS de LOBENTHAL,

Cancellarius Stolberga - VVernigerodensis

hactenus mentissimus,

Primum Illustrissimo Comiti ac Domino

DOMINO LUDOVICO CRISTIANO

Deinde Filio pariter Illustrissimo,

DOMINO

DOMINO CHRISTIANO ERNESTO,

Comiti ac Domino nostro longe Clementissimo


per plurimos annos à consiliis,

Ambobus Celsissimis Dominis, sicut olim Ulpianus


Severo, ob singulararem juris scientiam, vitæ, morumque

integritatem probatissimus, cunctis desiderabilis.

Vixit



Vixit & hic Antites Justitiæ , & jus dixit
 summis, imis, diviti, pauperi.
 Sicut enim unus sol lucet, sic una justitia fiat cuivis.
 Fuit (quod Baldus in Juris Consulto requirit,)
 duplici sale instructus,
 Scientiæ, sine quo insipidus,
 altero conscientiæ, sine quo Diabolicus.
 In eo tamen sibi maxime consuluit ipsi, id agens;
 Ut Judex provincialis per œcumenicum totius
 orbis judicem Christum absolutus
 Justificaretur per fidem,
 Impetravit quod voluit. Gratia itaque salvatus,
 certus de salute, beatam expectavit.
 Hinc emeritus per senium, fractus viribus corporis,
 non fractus fide
 Bene paratus ac præparatus sanctissime expiravit,
Stephanus fulgentem fulgentis æternitatis ac Justitiæ
 coronam lætus ac lautus accepit.
 Citatus, ac evocatus, non in vallem Josaphat, sed ad
 campum laudis inter choros, & choreas an-
 gelorum, ac justorum consummatorum,
επιβίβειος canit.
 Euge ipse juste consummate! sic vivis, sic tua apud nos
 in pace memoria. Gratulamur tuam fortem.
 Nobis curæ erit, ut eandem viventes anhelemus,
 habeamus,
 quo fruamur eadem morientes.
 O mortales! Tumbam *Stephani* hujus justii, in cælis
 coronati dum videtis,
 Discite justitiam moniti nec temnere Christum.



78 M. 404



TA 70L

22
1721

MONUMENTUM
HONORIS, AC VERITATIS,
QVOD POST BEATUM OBITUM

VIRI

Generosissimi, Magnifici, Amplissimi ac Doctissimi Domini,

DOMINI

EPHANI

DE

ENTHAL,

OLBERGQ VVERNIGERODENSIS

GE MERITISSIMI,

atissimi, nunc desideratissimi,

LENNI CORPORIS EJUS ELATIONE,

in factis nomine VICTORIS insignitur

NNI M DCC XXXV.

OM: INVOCAVIT IN ÆDE

CONCIO FUNEBRIS PUBLICA

HABERETUR,

ac Amoris causa posuerunt,

egiminis, ac Consistorii

Wernigerodensis.

RODÆ, Typis Mich. Ant. Struktii.

